

418 I T E R A L P I N U M

deas 8. alia conclavia, & ex Templo surgentem Turrim concavam 50. pedum, ex Culina caminum 80. pedd. Horti ipsius area è vivo saxo est formata, & varii generis Floribus fatis instructa. Cum hac Fabrica conferantur Sacella & conclavia è duro lapide excisa, quæ in Ægypto vidit Herodotus, & in Persepolis ruinis *Chard. in Voy. de Pers. T. IX. p. 79.* Inter fodiendum invenit noster in saxi visceribus *Ochram*, cujus frusta nobis obtulit. Hinc per dimidii milliaris Trajectum venimus *Friburgum*, Metropolin Pagi Helvetiæ ordine decimi, quæ cives alit civiles, ingeniosos & formosos, præcipuè ex sequiori sexu. Cæterum in toto Cantone *Friburgensi*, qui *Bernensi* undique est clausus, nihil, quod sciam, singulare occurrit, quod *Physicum* occupare possit: Laudantur *Casèi*, in certis illorum *Alpibus* confici soliti, *les Fromages des Gruyeres.*

*Friburgum.*

Prope Pagum *Chermay*, referente *Plantino Helv. Ant. G. Nov. Cap. X.* in montibus situm, Fons fatis magnus visitur *Sulphureus*, in quo lignum immersum sulphure superinducitur, igni admotum flammam concipit, odoremque sulphureum reddit.

*Fons Sulphureus.*

*Friburgi* postquam fuimus pransi, viam porro profecuti sumus per pagum *Courtespine*, propter quem cepit *Clades* illa insignis *Moratensis* *Carolo Duci Burgundiæ* funesta. In cujus memoriam ante 8. annos renovatum videtur facellum antiquum cum hac Inscriptione:

*Clades Moratensis.*

*Allhier haben sich die Herren Eidgnossen versamlet, und ibres gebett verrichtet, wann sie den Hertzogen von Burgund vor Mürten geschlagen und zu schanden gerichtet, dessentwegen diese alte Capell zu ehren St. Urbani A. 1697. aufgericht. Gott gebe den jenigen, so in der schlacht umkommen sind, das leben ewiglich. Das ist geschehen den 14. Junii. 1476.*

*Boccard. Venner.*

1698.

Precibus ita ad DEUM ardentibus finitis, ex campo hoc plano, ubi facellum erectum versus sylvam progressi *Majores nostri Ducis Formidabilem exercitum* in ea profli-garant. Transi-

Q U I N T U M, ANNI MDCCVI. 419

Transivimus porro per *Villariam, Wilerium, Villar le Moivillariae, ne, Wylar, Mönchenwyler*, pagum castello insignem, quod olim fuit Coenobium, & passim inscriptiones ostentat Romanas antiquas Aventici reliquias.

Ad viam vidimus Angulo domus rusticæ infertam sequentem in Marmore flavescente.

DEAE AVENT.  
T. TERTIVS.  
SEVERVS  
CVR. COLON  
IDEMQUE ALL.  
CVI INCOLAE  
AVENTIGENS  
PRIM. OMNIVM.  
OB EJVS ERGA  
SEMERITA  
TABVLAM ARG  
b. l. POSVER  
DONVM DIS... P<sup>2</sup>.  
e X H S V C C L D<sup>3</sup>.

<sup>2</sup> habet Stumpf.  
AL.

<sup>2</sup> Stumpf. D. S. P.

<sup>2</sup> Stumpf. L. D. D. I.

Inscriptiones aliæ à nobis nunc non visæ sunt in Sacello Arcis, quas legere licet in *Stumpf. Chron. Helv. Lib. VIII. c. 18. Gullimann. Rev. Helvet. L. I. p. 103.*

Vilaria relicta, tandem sub vesperam venimus *Moratum, Muratum, Murtium, Moretum, Murtam, Murtenam, Morat, Murat, Murten*, oppidum. Lacui cognomini adfitum, quod Bernensibus & Friburgensibus ex æquo paret.

Dies 29. Jun.

Mane hujus diei *Aventicum* profecti ad *Lacus Moraten* <sup>Aventi-</sup> <sup>cum.</sup> <sup>Merlach.</sup> *Ripam prope Pagum Merie, Merlach, Meerlach*, vidimus offuarium, offibus Austriacorum, & Helvetiorum, quæ nunc quieta ordine tumultuario jacent, refertum.

Inscriptio Æri insculpta sequens:

Ggg 3

DEO